

seca, diu, ut ipse fatetur, hærens animi, ne hâc ratione quicquam  
 inducatur, quod non ex omni parte cum communi Patrum do-  
 ctrina, aut diligenti Scholasticorum examine, & accuratâ limâ  
 conveniret, ideòq; inter privatos parietes detinuit, postea verò  
 rudî ab illo penicillo delineatam publicæ luci reddidit è discipulis  
 Molina circa annum 1588. exemplum vide 1. Sam. 23, 12. ) Exinde  
 liquet DEUM quoq; esse sapientissimum, cùm juxta præscientiam  
 omnia modò excellentissimò penetret, eaq; per media ad opti-  
 mum finem dirigat, prout ex creatione, redemptione, providentiâ  
 item rerumq; administratione ac gubernatione luce meridiana  
 clarius apparet, Hiob. 11, 7. Ps. 104, 24. Ps. 147, 5. Jes. 40, 13, 28. Ro-  
 man. 11, 34. c. 16, 27. 1. Cor. 2, 16. Est etiâ omnipotens, extra  
 sese efficere valens, quicquid non involvit contradictionem, ardua  
 quoq; & omnino stupenda opera, præter & supra naturæ ordi-  
 nem, Gen. 17, 1. c. 18, 14. c. 35, 11. Hiob. 23, 16. Psal. 135, 6. Luc. 1, 37.  
 Eph. 3, 20. Phil. 3, 21. Apoc. 15, 3. confer Exod. 14, 21. Jos. 10, 13. Jes.  
 38, 8. Dan. 3, 94. c. 6, 22. Ubi tamen norma est solus intellectus  
 divinus non humanus: nobis enim multa videntur impossibilia,  
 quæ citra negotium expedita reddere valet ac conficere sumus  
 moderator; quemadmodum igitur brutum definire nequit, quid  
 præstare possit homo, sic nec mortalium quisquam perspiciet.,  
 quousq; feratur potentia divina: Hinc verissimè Aristoteles:  
 πῦρ καὶ χεῖρ οὐκ ἔστι θεὸς ἀνοείατος, δυνατὸς μὲν ὅντι θεὸς ἰσχυροτάτος. DEUS est bo-  
 nus, imò summum Bonum, ἀγαθότης, non tantum essentialiter,  
 verum etiam communicativè, fons omnis boni, Ps. 25, 8. Ps. 86, 5.  
 Matth. 19, 17. Jac. 1, 17. Misericors omnium creaturarum cor-  
 poralium, præprimis hominum, miseriæ subveniens, Exod. 34, 16.  
 Num. 14, 18. 2. Sam. 24, 14. Jer. 31, 20. Thren. 3, 22. Hos. 11, 8. id  
 quod ex bonitate fluit, eidemq; quodammodo quasi subordinatur.  
 Verax in promissionibus, ἀληθής, prima veritas & fallere ne-  
 scia, Ps. 111, 7. Joh. 8, 26. Denique justus, ut suum cuique tri-  
 buat rectaq; sint omnia judicia ejus, Num. 14, 18. Deut. 32.  
 v. 35. 1. Sam. 26, 23. Psal. 145, 17. 2. Theff. 1,  
 vers. 5.

CAPUT